

## Augustinus, *Sermo 169* (Auszüge)

(Sermones ad populum, Classis I - De scripturis)

Ausgabe: PL 38, 915-926

Im Rahmen des Kolloquiums Kirchenlatein II (2019SS),  
Prof. Dr. Marianne Schlosser, Theologie der Spiritualität

Übersetzt von ROMANA PALECEK

<p>[...] nec tu poteris communicare Christi passionibus sine amore.</p> <p><b>12.15.</b> Sed quaero quo amore. Non sit cupiditas, sed sit caritas. <i>Si enim, inquit, tradidero corpus meum ut ardeam, et caritatem non habeam, nihil mihi prodest. Ut prosit tibi communicatio passionum Christi, caritas adsit.</i></p> <p>Unde tibi caritas? O mendicissima infirmitas, unde tibi caritas Dei? Vis ostendo tibi unde sit tibi? Ipsum interroga horrearium dominicum. Si enim in te fuerit caritas Dei, communicabis Christi passionibus et verus eris martyr. In quo caritas coronatur, ipse erit verus martyr.</p> <p>Unde ergo tibi? <i>Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, ait ipse Apostolus, ut eminentia virtutis sit Dei, et non ex nobis. Ergo unde tibi caritas, nisi quia diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum</i></p>	<p>[...] auch du wirst nicht Anteil haben können an den Leiden Christi ohne Liebe.</p> <p><b>12.15.</b> Aber ich frage, mit welcher Liebe (amor). Sie soll nicht Begehren sein, sie soll Liebe (caritas) sein. <i>Denn wenn ich, sagt er (Paulus), meinen Leib dem Feuer übergäbe, die Liebe aber nicht hätte, nützte es mir nichts.</i> Damit dir die Gemeinschaft mit den Leiden Christi Nutzen bringt, soll Liebe da sein.</p> <p>Woher wird dir die Liebe zuteil? Oh ärmlichste Schwäche, woher wird dir die Liebe Gottes zuteil? Möchtest du, dass ich dir zeige, woher sie dir zuteilwird? Frage doch den Verwalter der Güter des Herrn selbst. Denn, wenn in dir die Liebe Gottes ist, wirst du Anteil haben an den Leiden Christi und ein wahrer Zeuge sein. In wem die Liebe gekrönt wird, der wird ein wahrer Zeuge sein.</p> <p>Woher nun wird dir das zuteil? <i>Wir tragen diesen Schatz in zerbrechlichen Gefäßen, sagt der Apostel, damit deutlich wird, dass das Übermaß der Kraft von Gott kommt und nicht aus uns.</i> Woher also wird</p>
---	--

*qui datus est nobis? Ecce ad quod geme. Contemne spiritum tuum, accipe Spiritum Dei.*

Non timeat spiritus tuus, ne cum coeperit in te habitare Spiritus Dei, angustias patiat in corpore tuo. Cum habitare in corpore tuo coeperit Spiritus Dei, non inde excludet spiritum tuum; noli timere. Si divitem aliquem hospitio suscipias, pateris angustias; ubi maneat tu non invenis, ubi illi lectus paretur, ubi coniux, ubi filii, ubi familia. Quid ago, inquis? Quo eo? Quo migrabo? Suscipe divitem Spiritum Dei; dilataberis, non angustaberis.

*Dilatasti gressus tuos subter me: dicis. Hospiti tuo dicturus es: Dilatasti gressus meos subter me. Hospiti tuo dicturus es: Dilatasti gressus meos subter me. Quando non hic eras, angustias patiebar; implesti cellam meam, et non me exclusisti, sed angustiam meam.*

Cum enim dicit: *Caritas Dei diffusa est, ipsa diffusio latitudinem significat. Non ergo timeas angustias, recipe hospitem istum; et non sit hospes quasi de*

dir die Liebe zuteil, doch nur dadurch, dass sie in unsere Herzen ausgegossen ist durch den Heiligen Geist, der uns gegeben ist? Siehe das Ziel deines Seufzens: Stütze dich nicht auf deinen Geist, empfang den Geist Gottes.

Dein Geist soll nicht fürchten, dass er, sobald der Geist Gottes in dir zu wohnen beginnt, in deinem Leib Beengung erleidet. Wenn der Geist Gottes in dir zu wohnen begonnen hat, wird er deswegen deinen Geist nicht ausschließen. Hab keine Angst. Wenn du irgendeinen Reichen mit Gastfreundschaft aufnimmst, wirst du Beengung erleiden: Du findest dort, wo jenem ein Bett bereitet wird, nichts, wo du bleiben könntest, wo die Frau, die Kinder, die Familie. Was mache ich, fragst du? Wohin gehe ich? Wohin werde ich ziehen? Empfange den reichen Geist Gottes. Du wirst weit werden, nicht eingengt.

*Du hast meine Schritte unter mir weit gemacht (EU: Du hast mir Raum verschafft): sagst du. Deinem Gast wirst du sagen: Du hast meine Schritte unter mir weit gemacht. (Du hast mir Raum verschafft.) Solange du nicht hier warst, litt ich unter Enge; du hast meine Zelle erfüllt und nicht mich ausgeschlossen, sondern meine Enge.*

Denn indem er sagt: *Die Liebe Gottes ist ausgegossen*, bedeutet gerade diese Ausgießung Weite. Du sollst also nicht die Enge fürchten. Nimm deinen Gast

transeuntibus. Non enim habet dare discedendo: Veniens habitet in te, et dedit. Ipsius esto, non te deserat, non inde migret; tene illum omnino, et dic illi: *Domine Deus noster, posside nos.*

**Apostolus imperfectum se profitetur.**

13.16. Ergo ad hoc, inquit, habeamus iustitiam, quae ex Deo est, ad cognoscendum eum, et virtutem resurrectionis eius, et communicationem passionum eius, conformati morti ipsius. *Consepulti enim, inquit, sumus cum Christo per Baptismum in mortem; ut quemadmodum Christus surrexit a mortuis, sic et nos in novitate vitae ambulemus.* Morere, ut vivas; sepelire, ut resurgas. Cum enim sepultus fueris, et resurrexeris; tunc verum erit: Sursum cor.

Sapuit quod dixi. Numquid iste sermo saperet, nisi esset in vobis interna dulcedo?

*Conformatus, inquit, morti ipsius, si quo modo occurram in resurrectionem mortuorum.*

De iustitia loquebatur, iustitia quae est ex fide Christi, iustitia quae a Deo est, et sic

auf; er möge nicht ein Gast sein, wie die, welche nur vorüber gehen. Denn er hat nichts zu geben, indem er weggeht. Indem er kommt, soll er in dir wohnen, und dann hat er gegeben. Du sollst sein sein, er möge dich nicht verlassen und nicht von dir fortziehen. Behalte ihn vollständig und sag ihm: *Herr, unser Gott, nimm uns in Besitz.*

**Der Apostel bekennt, dass er unvollkommen ist.**

13.16. Also dazu, sagt die Schrift, sollen wir Gerechtigkeit haben, die aus Gott ist, um ihn zu erkennen und die Kraft seiner Auferstehung und die Teilhabe an seinem Leiden, gleichgestaltet geworden seinem Tod. *Denn wir sind, wie die Schrift sagt, begraben mit Christus durch die Taufe auf seinen Tod; damit wir, wie Christus von den Toten auferstand, auch in der Neuheit des Lebens wandeln (EU: als neue Menschen leben).* Stirb, damit du lebst. Werde begraben, damit du auferstehst. Denn wenn du ein Begrabener sein wirst, wirst du auch auferstehen. Dann wird wahr sein: erhoben das Herz.

Es hat euch geschmeckt, was ich sagte. Würde euch diese Predigt schmecken, wenn in euch nicht eine innere Süßigkeit wäre? *Gleichgestaltet auf seinen Tod, sagt die Schrift, wenn ich auf diese Weise zur Auferstehung von den Toten gelange.*

Von der Gerechtigkeit sprach er, die aus dem Glauben an Christus kommt, der

cuncta exsecutus est. Et cum iustitiam quaereret dicens: *Ut inveniar in illo non habens meam iustitiam, quae ex lege est, sed iustitiam quae est ex fide Christi, quae est ex Deo; dicit modo: Si quomodo occurram in resurrectionem mortuorum. Quare dixisti: Si quomodo occurram? Non quia iam acceperim, aut iam perfectus sim; sequor autem, si quomodo apprehendam, in quo et apprehensus sum a Christo Iesu.*

Praevenit me iustitia ipsius, sequatur illum mea. Tunc autem sequetur mea, si non sit mea. *Non quia iam acceperim, aut iam perfectus sim. Coeperunt mirari, qui hoc audiebant dicentem Apostolum: Non quia iam acceperim, aut iam perfectus sim.*

Quid est quod nondum acceperat? Fidem habebat, virtutem habebat, spem habebat, caritate flagrabat, virtutes operabatur, invictissime praedicabat, omnes persecutiones tolerabat, in omnibus patiens, amans Ecclesiam, sollicitudinem omnium Ecclesiarum corde gestans; quid nondum acceperat? *Non quia iam acceperim, aut iam perfectus sim.*

Quid est quod dicis? Dicis, et miramur; dicis, et stupemus. Novimus enim quid

Gerechtigkeit, die von Gott ist, und so führte er alles weiter aus: Und weil er die Gerechtigkeit suchte, mit den Worten: *Damit ich nun aber, da ich nicht meine Gerechtigkeit habe, die aus dem Gesetz kommt, in ihm die Gerechtigkeit finde, die aus dem Glauben an Christus kommt, die aus Gott ist; so sagte er: Wenn ich nur zur Auferstehung von den Toten gelange. Warum sagtest du: Wenn ich nur gelange? Nicht weil ich es schon erreicht hätte oder weil ich schon vollendet wäre; aber ich folge, wenn ich es nur ergreife, wodurch ich auch von Christus ergriffen worden bin.*

Seine Gerechtigkeit kommt mir zuvor, meine soll ihm folgen. Dann jedoch wird meine folgen, wenn sie nicht meine ist. *Nicht dass ich es schon erreicht hätte oder dass ich schon vollendet wäre.* Es beginnen sich die zu wundern, die den Apostel das sagen hören: *Nicht dass ich es schon erreicht hätte oder dass ich schon vollendet wäre.*

Gibt es etwas, was er noch nicht erreicht hatte? Er hatte Glauben, Stärke, Hoffnung, er brannte vor Liebe, übte die Tugenden, predigte auf äußerst unbesiegbare Weise, erlitt Verfolgungen aller Art, blieb in allem geduldig, er liebte die Kirche und trug Sorge für alle Gemeinden im Herzen; was hatte er noch nicht ergriffen? *Nicht dass ich es schon erreicht hätte oder dass ich schon vollendet wäre.*

Was soll das heißen, was du da sagst? Du sagst es, und wir wundern uns. Du sagst

audiamus; quid dicis? *Fratres*, ait. Quid est quod dicis? Quid dicis? *Ego me non arbitror apprehendisse*. Nolite, inquit, in me falli; plus me ipse novi quam vos. Si nescio quid mihi desit; nescio quid adsit. *Ego me ipsum non arbitror apprehendisse*. Unum autem; hoc non me arbitror apprehendisse. Multa habeo, et unum nondum apprehendi. *Unam petii a Domino, hanc requiram*. Quid petisti, aut quid requiris? *Ut inhabitem in domo Domini per omnes dies vitae meae*. Ut quid? *Ut contempler delectationem Domini*. Ipsum est unum, quod se dicebat nondum apprehendisse Apostolus; et quantum illi deerat, in tantum nondum perfectus erat.

### **Martha et Maria. Contemplatio**

**14.17.** Meministis, fratres mei, evangelicae illius lectionis, ubi duae sorores Dominum susceperunt, Martha et Maria.

Certe recolitis: Martha in multo ministerio conversabatur et occupata erat circa curam domus; quippe Dominum hospitio receperat et discipulos eius. Satagebat omni cura religiosissima, ne sancti apud eam ullam paterentur iniuriam. Cum ergo esset

es, und wir sind erstaunt. Denn wir wissen, was wir hören; Was sagst du? *Brüder*, sagte er. Was ist es, was du sagst? Was sagst du? *Ich bilde mir nicht ein, dass ich es schon ergriffen hätte*. Täuscht euch nicht in mir, sagte er; ich kenne mich besser als ihr. Wenn ich nicht weiß, was mir fehlt; weiß ich auch nicht, was da ist. *Ich bilde mir nicht ein, dass ich es schon ergriffen hätte*. Eines aber, das meine ich, dass ich es noch nicht ergriffen habe. Vieles habe ich, doch eines habe ich noch nicht ergriffen. *Eines habe ich vom Herrn erfragt, danach verlangt mich*. Was hast du erbeten, oder wonach verlangt dich? *Im Haus des Herrn zu wohnen alle Tage meines Lebens*. Wozu? *Die Freundlichkeit [wö: die Wonne] des Herrn zu schauen*. Das ist das Eine, von dem der Apostel sagte, dass er es noch nicht ergriffen hätte; und gemessen an dem, was ihm fehlte, war er noch nicht vollendet.

### **Die Dienste von Martha und Maria. Beschaulichkeit.**

**14.17.** Ihr erinnert euch, meine Brüder, an jene Stelle des Evangeliums, wo zwei Schwestern, Martha und Maria, den Herrn gastlich aufnahmen.

Sicher habt ihr in Erinnerung: Martha war ganz und gar rastlos im Dienst und in Anspruch genommen in der Sorge für das Haus.; sie hatte ja den Herrn und seine Jünger aufgenommen. Sie mühte sich mit überaus gewissenhafter Sorge, dass die heiligen Personen bei ihr kein

occupata circa multum ministerium, Maria soror eius sedebat ad pedes Domini, et verbum eius audiebat.

Illa in labore stomachabunda, quod illam videret sedentem, et de suis laboribus nihil curantem, interpellavit Dominum: *Placet, inquit, tibi, Domine, quod soror mea deseruit me, et ecce tantum in ministerio laboro?* Et Dominus: *Martha, Martha, circa multum es occupata. Porro unum est necessarium. Maria meliorem partem elegit, quae non auferetur ab ea.* Tu bonam, sed ista meliorem. Tu bonam (bonum est enim conversari in obsequio sanctorum), sed ista meliorem. Denique quod tu elegisti, transit. Ministras esurientibus, ministras sitientibus, ministras lectulos dormituris, praebes domum habitare volentibus; omnia ista transeunt.

Erit tempus ubi nemo esuriat, nemo sitiatur, nemo dormiat. Ergo cura tua auferetur a te. *Maria meliorem elegit partem, quae non auferetur ab ea.* Non auferetur; contemplari elegit, verbo vivere elegit. Qualis erit vita de Verbo sine verbo? Modo ista vivebat de Verbo, sed sonante verbo. Erit vita de Verbo, nullo sonante verbo. Ipsum Verbum vita est. *Similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.* Ipsa erat una, ut contemplaretur delectationem Domini.

Unheil erleiden. Während sie ganz davon in Anspruch genommen war zu dienen, saß ihre Schwester zu Füßen des Herrn und hörte seinem Wort zu.

Ärgerlich werdend inmitten der Arbeit, weil jene einfach da saß und sich nicht um ihre Arbeiten kümmerte, bestürmte sie den Herrn: *Dir gefällt es, Herr, sagte sie, dass meine Schwester mich im Stich ließ, und, wie du siehst, ich mich so sehr im Dienst abmühe?* Darauf der Herr: *Martha, Martha, du machst dir viele Sorgen und Mühen. Aber nur eines ist notwendig: Maria hat den besseren Teil gewählt, der wird ihr nicht genommen werden.* Du den guten, sie aber den besseren. Du den guten (denn es ist gut, im Dienst für die Heiligen umtriebig zu sein), jene aber den besseren. Denn was du erwählt hast, vergeht. Du dienst den Hungernden, du dienst den Dürstenden, du gewährst denen, die übernachten wollen, Lager und stellst denen, die bei dir zu wohnen wünschen, das Haus zur Verfügung; all das vergeht.

Es wird eine Zeit geben, wo niemand hungert, niemand dürstet, niemand schläft. Deine Sorge wird also von dir genommen werden. *Maria hat den besseren Teil gewählt, der wird ihr nicht genommen werden.* Er wird nicht genommen werden; sie hat gewählt, zu betrachten und durch das Wort zu leben. Wie soll das Leben vom menschengewordenen WORT (Verbo) her sein, ohne Wort? Jene lebte eben durch das menschengewordene Wort, jedoch

Hoc in saeculi huius nocte non possumus. *Mane astabo tibi, et contemplabor.* Ergo: *Ego, inquit, me non arbitror apprehendisse. Unum autem.*

**Proficiendum semper in via ad Deum.**

15.18. *Quid ergo facio? Quae retro oblitus, in ea quae ante sunt extentus, secundum intentionem sequor. Adhuc sequor: ad palmam supernae vocationis Dei in Christo Iesu. Adhuc sequor, adhuc proficio, adhuc ambulo, adhuc in via sum, adhuc me extendo, nondum perveni.*

*Ergo si et tu ambulas, si te extendis, si ea quae ventura sunt cogitas; obliviscere praeterita, noli in ea respicere, ne ibi remaneas ubi respexeris. Mementote uxoris Lot.*

*Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus. Dixerat: Non sum perfectus, et dicit: Quotquot perfecti, hoc sapiamus. Ego me non arbitror apprehendisse. Non quia iam acceperim, aut iam perfectus sim; et dicit:*

dadurch, dass das Wort erklang. Es wird ein Leben vom WORT geben, ohne dass ein Wort erklingt. Das WORT selbst ist Leben. *Wir werden ihm ähnlich sein, weil wir ihn sehen werden, wie er ist.* Sie war als die Eine da, um die Freundlichkeit des Herrn zu schauen. Das können wir in der Nacht dieser Zeit nicht. *Am Morgen werde ich das Opfer zuriüsten und Ausschau halten nach dir.* Also, er sagte, *ich bilde mir nicht ein, dass ich es schon ergriffen hätte. Das Eine aber.*

**Man muss immer auf dem Weg zu Gott vorankommen.**

15.18. Was also mache ich? *Ich vergesse, was hinter mir liegt, und strecke mich nach dem aus, was vor mir ist. Das Ziel vor Augen jage ich nach dem Siegespreis: der himmlischen Berufung Gottes in Christus Jesus.* Danach jage ich, daraufhin mache ich Fortschritte, dorthin wandere ich, dorthin bin ich unterwegs, danach strecke ich mich aus, bin aber noch nicht ans Ziel gelangt.

Wenn also auch du wanderst, wenn du dich ausstreckst, wenn du das, was kommen wird, im Sinn hast: vergiss das Vergangene, schau nicht darauf zurück, damit du nicht dort bleibst, wohin du zurückblickst. Denkt an die Frau des Lot.

*Das also wollen wir bedenken, wir Vollkommenen.* Er hatte gesagt: *Ich bin nicht vollendet, und er sagt: Das also wollen wir bedenken, wir Vollkommenen. Ich bilde mir nicht ein, dass ich es schon ergriffen*

*Quotquot perfecti, hoc sapiamus.* Perfecti, et non perfecti; perfecti viatores, nondum perfecti possessores. Et ut noveritis quod perfectos viatores dicat; qui iam in via ambulant, perfecti viatores sunt; ut scias viatores eum dixisse, non habitatores, non possessores; audi quod sequitur: *Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus.*

*Et si quid aliter sapitis, ne forte subrepat vobis, quia vos aliquid estis. Qui autem se ipsum putat*

*esse aliquid, cum nihil sit, se ipsum seducit. Et qui se putat aliquid scire, necdum scit quemadmodum oportet scire. Ergo: Et si quid aliter sapitis, quasi parvuli; id quoque vobis Deus revelabit. Verumtamen in quo pervenimus, in eo ambulemus. Ut revelet nobis Deus et quod aliter sapimus, in quo pervenimus, non in eo remaneamus, sed in eo ambulemus.*

Videtis quia viatores sumus. Dicitis: Quid est ambulare? Breviter dico: Proficere; ne forte non intellegatis, et pigrius ambuletis. Proficite, fratres mei, discutite vos semper sine dolo, sine adulatione, sine palpatione. Non enim aliquis est intus tecum, cui erubescas, et iactes te. Est ibi, sed cui placet humilitas, ipse te probet. Proba et te ipsum tu ipse.

*hätte. Nicht dass ich es schon erreicht hätte oder dass ich vollendet wäre; und er sagt: Das also wollen wir bedenken, wir Vollkommenen. Vollkommene und nicht Vollkommene; Vollendete auf dem Weg, aber noch nicht vollendet, als wären wir Besitzer. Damit ihr wisst, was er mit Vollkommenen auf dem Weg meint: die auf dem Weg wandern, sind vollendete Pilger; und du sollst wissen, dass er sie Pilger genannt hat: nicht Bewohner und nicht Besitzer. Höre, was folgt. Das also wollen wir bedenken, wir Vollkommenen. Und wenn ihr in dieser Sache anders denkt, achtet darauf, dass sich nicht der Gedanke einschleicht, dass ihr etwas seid. Wer aber glaubt, dass er selbst etwas ist, obwohl er nichts ist, führt sich selbst in die Irre. Und wer glaubt, dass er etwas weiß, weiß noch nicht, wie man richtig weiß. Also: Auch wenn ihr in dieser Sache anders denkt, gleichsam als kleine Kinder, wird Gott es euch auch offenbaren. Lasst uns also in ihm wandeln, zu dem wir auch gelangen. Möge Gott uns auch das, worin wir anders denken, offenbaren, dass wir nicht stehenbleiben auf dem Weg zum Ziel, sondern wandern.*

Ihr seht, dass wir Pilger sind. Ihr sagt: Was heißt wandern? Ich sage kurz: Vorankommen; damit ihr es gewiss versteht und nicht allzu träge unterwegs seid. Macht Fortschritte, meine Brüder, prüft euch stets ohne Hintergedanken, ohne euch selbst zu schmeicheln und zu streicheln. Ist denn niemand im Inneren bei dir, vor dem du errötest – und du



<p>Semper tibi displiceat quod es, si vis pervenire ad id quod nondum es. Nam ubi tibi placuisti, ibi remansisti. Si autem dixeris: Sufficit; et peristi. Semper adde, semper ambula, semper profice; noli in via remanere, noli retro redire, noli deviare. Remanet, qui non proficit; retro redit, qui ad ea revolvitur unde iam abscesserat; deviat, qui apostatat. Melius it claudus in via, quam cursor praeter viam.</p> <p>Conversi ad Dominum, etc</p>	<p>brüdest dich? Es ist aber einer da, dem die Demut gefällt, er selbst soll dich prüfen. Prüfe auch du selber dich.</p> <p>Immer möge dir missfallen, was du bist, wenn du zu etwas gelangen willst, was du noch nicht bist. Denn wo du an dir Gefallen gefunden hast, dort bist du stehengeblieben. Wenn du aber sagen wolltest: es reicht; dann ist das dein Verderben. Füge immer hinzu, sei immer unterwegs, mache immer Fortschritte. Bleib nicht auf dem Weg stehen, geh nicht zurück, weiche nicht ab. Es bleibt stehen, wer nicht weitergeht; es geht zurück, wer sich wieder den Dingen zuwendet, von denen er sich schon verabschiedet hatte. Vom Weg kommt ab, wer vom Glauben abfällt. Besser geht ein Lahmer am Weg, als ein Läufer abseits des Weges.</p> <p>Conversi ad Dominum, etc.</p>
--	---